



**Corpus Juris Canonici, Per Regulas Naturali Ordine
Digestas, Usuque Temperatas, Ex Eodem Jure, Et
Conciliis, Patribus, Atque Aliunde Desumptas, Expositi**

Opus, Tum In Rebus Obscuris Claritate, Tum Dispersis Collectione ac
delectu, in contrariis conciliatione, eximium, simulque Indicibus ac
Præfationibus, Notisque quamplurimis & exquisitis illustratum, ; In Tres
Tomos divisum

Complectens Prolegomena Ad Jus Canonicum In Se Et Universim
Consideratum

Gibert, Jean-Pierre

Coloniæ Allobrogum, 1735

Epistola Amplissimi Viri D. Espiard De Saux, In Senatu Bisuntino Insulati
Præsidis, circà Librum cui Titulus, Corpus Juris Canonici, Authore D. Joan.
Petro Gibert, Doctore Theologo, scripta ad Amicum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74413](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-74413)

plurimis aliis Operibus à se vulgatis exhibuerat. Habuisset sanè Jurisprudentia tūm Sacra tūm Civilis quod meritò huic succenseret, si quam semper tanto-
perè excoluerat, proiectior ætate factus immerentem neglexisset. Est autem quod ipsa jam gratuletur sibi, quæ nacta sit in eo & honoris vindicem sui & tutorem dignitatis; siquidem Sapientissimus Auctor optima quæque & præstantissima in Scripturis Sacris, in Sanctis Patribus, in Antiquis ac Novis Ecclesiæ Doctoribus & Jurisperitis, exquisito limatae censuræ judicio de legit & ordine recto disposuit. Ad hæc non vulgaris accessit in his quæ difficultatem aliquam patiuntur dexteritas & solertia, quibus res sic attemperat, ut nec remissius de his, nec arctius æquo scribere in animo habens, ad eum cuncta redigere tentaverit modum, quem recta ratio Christianæque Leges sapientissime fixerunt. Quare nulli non, mihiique in primis optandum videatur, ut tam præclarum Opus quam citius Publici Juris fiat. Datum PARISIIS quinto Kal. Februarii, anno Christi M D C C X X V.

SALMON, Facultatis Parisiensis Doctor, Socius
Sorbonicus, ac Bibliothecæ Sorbonicae Praefectus.

E P I S T O L A
A M P L I S S I S S I M I V I R I
D. E S P I A R D D E S A U X,

In Senatu BISUNTINO Infulati Präsidis, circà Librum cui Titulus,
CORPUS JURIS CANONICI, Authore D. JOAN. PETRO GIBERT,
Doctore Theologo, scripta ad AMICUM.

QUæsiisti à me, Clarissime Domine, quid sentiam de Libro qui inscribitur, CORPUS JURIS CANONICI &c. cuius Tomus Primus recens prodit. Quid de eo judicem, liberè dicam. Opus est, ut ego quidem existimo, præstantissimum, dignumque omnino Doctissimo, cui dicatum est, Magistratu. Magna equidem in fronte Operis pollicitus est Author eximius, sed non vano certè ihatu, ut vanus ille apud HORATIUM promissor; imò fidem plenè exsolvit, quodque verissimum est, magnificis promissis longè plura præsttit. Nil ergo exoptandum magis quam ut egregii illius Operis reliquæ Partes sine ullâ intermissione in lucem prodeant: quo quidem gratius nihil contingere posse cunctis Rei Litterariorum amatoribus, & inter alios præcipue Canonistis, persuasum habeo.

Tuus & devotissimus tibi Servus
Datum in ædibus nostris BISUNTINIS
anno MDCCXXXV.

ESPIARD DE SAUX.

DOM.